







lib. II. de matr. q. 15. n. 11. Et lib. 2. de Baptif. c. 18. fin. negat idem dicendum esse...

Illud tamen verissimum puto, nempe, patrem qui non ut susceptor, & intendens exercere...

Hinc deducitur, peccare conjugem qui extra necessitatem baptizatur, at tenet tanquam...

His præmissis postrema difficultas est; Num conjug extra necessitatem scienter baptizans...

Præpos. fin. Cardin. fin. Arch. c. Nofse, 30. q. 1. ubi in primis gl. Raverius summo tit. de cogn. spirit. S. Ultimo...

Secunda sententia, quæ probabilior est, docet, eum conjugem teneri debitum reddere, privari tamen potestate illud exigendi...

Ad arg. n. 6. proposita resp. Ad 1. dic. eam penam contineri eoe. S. vir, ut probavi n. 7...

Ad affinitas post matrim. inter conjuges orta, ex eo quod alter alterius consanguineo aut consanguinea carnaliter copulatus est...

spirituali cum illo sua culpa contrahat, interdicatur sibi debiti petito.

8 Rogabimur autem, quid dicendum sit, quando conjugem non solum ex certa scientia, sed etiam ex malitia, atque in matrimonii fraudem...

9 Quid autem dicendum sit, ubi ex ignorantia juris, vel facti etiam culpabilis, vel altero conjugis coarctante, id effectum est...

10 Quomvis tamen conjug hic debitum petere nequeat, at non potest excludi domo, & a cura alterius conjugis, ut diximus hoc lib. 9. disp. 5. num. 19.

11 De tenente autem in catechismo filium communem, vel alterius conjugis affirmant Verac. 1. part. specul. art. 22. §. 1. ubi dicit postea...

DISPUTATIO XXVII. An affinitas post matrim. inter conjuges orta, ex eo quod alter alterius consanguineo...

SUMMARIUM.

Incestuosus conjug cum alterius conjugis consanguineo, aut consanguinea si incestus sui intra vobis consummatus, nequit petere at tenetur reddere...

An conjug incestuosus cum propriis consanguineis, areatur a debiti petitione.

An si incestuosus, vel qui cognationem contraxit, sit juvenis, possit debitum petere, n. 8. Et ibi remissus, quis possit dispensare in hoc impedimento cognationis, vel affinitatis.

TN hac disp. illud tamquam certum est præmittendum, in incestuosum conjugem cum consanguinea alterius conjugis, non posse ab ea debitum petere, at teneri reddere.

Nec refert, incestus ille occultus sit, an publicus, quantumvis enim sit occultus, oritur ex illo privato debiti petendi.

Arque idem dicendum est de conjugis, qui minime contraxit affinitatem per copulam se habitam, at confluit ut alter conjug per copulam inquam, eam contraheret...

